

AD I COR. CAPUT. IV.

rant verl. 10. 11. filii dilecti omnes erant v. 14. omnes geniti per Evange-
 lium v. 15. adeoq; hæc non nisi per analogiam quandam applicari ad di-
 scretionem fidelis ab infideli, etiam à reprobo, ab Augustino passim Tom. VII.
 l. 1. de prædest: sanct: c. 6. l. 11. de Peccator: Merit: & remus: c. 18. B. Chem-
 nitio, & aliis. Quod si solus DEUS nos gratuito discernit; Si omnia
 quæ habemus ex ipsius habemus gratia, & ab ipso gratis accepimus,
 nullus esse potest locus meritis vcl operibus nostris, quibus nos præ
 aliis eligendos DEUS moveretur. Atq; hoc agnoscunt etiam pleri-
 que Pontificiorum, nimirum quicquid ad salutem facit, ab Apostolo
 referri inter accepta per gratiam: Quid habes, quod non accepisti? Per
 naturam nullum est discrimen; quis te discrevit! Vid. Suarez. l. 11. de
 concursu Dei cum natura c. 2. Franc. Zumel Tom. II. in Thomam disc. V. Sect.
 I. concl. 4. & 5. Alvarez de auxiliis gratiæ disp. IV. IX. LXII. &c. Qui pro-
 inde saniores sunt Arminianis, & inter hoc Corvino contra Molin. c.
 36. contra Tilen. p. 136. contendentes his, naturalem quandam fa-
 cultatem in esse homini, qua se occasionaliter saltem discernat à reprobis,
 faciendo quod in se est.

v. 8. ἤδη κεκορησμένοι ἐστέ.

Ironia longa & gravis, ut vos existimare video, nihil restat
 vobis experendum, non magis, quàm iis, qui de epulis facti sunt sa-
 turi.

ἤδη ἐπλήθησατε.

Tantam scil. copiam donorum consecuti estis, ut quosvis alios
 etiam Apostolos vincatis. Loquimini ut Ephraim Os. XII. 19. Πε-
 πλήθηκα, εὐρηκα, ἀναψυχὴν ἐμαυτῶ.

Χωρὶς ἡμῶν ἐβασίλευσατε.

Ex quo ego à vobis absun, vos in tuto estis, sicut Reges, quibus
 nemo potest nocere. Loquimini ut Babylon Esaiæ XLVII. 7. 8.

καὶ ἔφελόν γε ἐβασίλευσατε.

Non equidem in video: Miror magis.

ἵνα καὶ ἡμεῖς ὑμῖν συμβασιλεύσωμεν.

Si ita in tranquillo essent, & extra periculum res vestra, tu-
 rum mihi esset eò confugiunt.

Accipienda hæc de illâ saturitate, & abundantia cælestium bono-
 rum, quam ex suorum Rabbiorum informatione unice sese habere
 per-